



h



Mac. B66

Johann, v. r.  
Neust. 1560.



IOANNIS  
CHRYSOSTOMI

HOMILIAE IV.

EX OMNIBVS EIVS OPERIBVS SELECTAE.  
GRAECE ET LATINE.

---

SEMEL

PARTIM EX CODICE VATICANO, PARTIM  
EX COISLINIANO

A

BERNARDO DE MONTFAVCON

ITERVM

NOTATIS ARGVMENTIS

ADDITISQVE ANIMADVERSIONIBVS ET INDICIBVS

EMENDATIVS

EDITAE

A

CHRIST. FRID. MATTHAEI

PROFESSORE VITEMBERGENSI.

---

VOLV MEN I.

---

MISENAE

IMPENSIS C. F. G. ERBSTEINI.

M D C C X C I I.

CHRISTOPH

HOMILIAR. IV.

BY CHRISTOPH HALLER

MDCCCLXXII



CHRISTOPH HALLER

THEOLOG. V. S. 1. 1. 1.

MDCCCLXXII

HALLE

UNIVERSITÄT

HALLE



VIRO ILLVSTRI  
EXCELLENTISSIMO  
ET  
DOCTISSIMO

CHRISTIANO GOTTLOB  
HEYNIO

MAGNAE BRITANNIAE REGI A CONSILIIS  
AVLICIS ELOQVENTIAE ET POESEOS PROFESSORI IN  
IN ACADEMIA GOTTINGENSI CLARISSIMO

S. D.

CHRIST. FRID. MATTHAEI.

3  
VIRI ILLUSTRI  
EXCELLENTISSIMO

ET

DOCTISSIMO

CHRISTIANO GOTTFRIED  
HEYNIO

REGII SOCIETATIS ACADEMIAE  
PHILOSOPHICAE  
IN REGIA UNIVERSITATE  
HABSBURGICA  
BOHEMICA  
PRAGAE  
PROFESSORIS  
PUBLICI  
MATHESICAE  
ET  
PHYSICAE

CHRIST. FRID. MATHIAS



**I**n felicitatis meae parte praecipua re-  
pono, VIR ILLUSTRIS, quod TIBI an-  
te annos amplius viginti ab Ernestio et  
Reiskio, summis viris, commendatus,  
TVAM ex illo tempore ad hunc diem  
erga me beneuolentiam non solum non  
imminutam sensi, verum etiam in dies  
magis auctam animaduerti. Nec enim  
TIBI fatis fuit, me iuuenem Munch-  
haufeno, viro ad omnes reliquas aeta-  
tes de litteris ac de vestra florentissima  
Academia optime et immortaliter meri-  
to, ita commendasse, vt, nisi magni  
illius viri mors repentina accidisset, ho-

nestissimo muneri, ad quod vocabar, ad-  
motus fuisset: verum etiam nihil tale  
opinanti TVA sponte mihi ex Rossia, si  
forte in Germaniam redire vellem, viam  
honestissime reuertendi monstrasti. Ac  
libenter TVIS prudentissimis consiliis  
tunc obtemperaturus fuisset, nisi Ros-  
forum erga me humanitas et beneficia,  
suscepta ibi negotia ac denique morbus  
acutus illo tempore me impediissent.  
Tamen ista TVA admonitio tantum apud  
me valuit, vt paucis annis post temera-  
rio, vt videri poterat, sed, vt euentus  
docuit, audaci solum et constanti pro-  
posito, cum omni familia mea, Rossia,  
veluti beneficentissima patria, relicta,  
nemine antea ea de re, qui me reciperet  
aut meas res curaret, monito aut roga-  
to,

to, tanquam patriae exul, in patriam  
atque vsque ad portas Lipsiae contem-  
derem. In illa solitudine amicorum et  
fautorum, antequam etiam quicquam  
molestiae expertus aut consilii inopia  
oppressus essem, inter plures, quos di-  
uina prouidentia adiutores mihi conci-  
liauerat, TV quoque, VIR ILLVSTRIS,  
extitisti, et in primis quidem, qui mihi  
liberalissime opem suam operamque of-  
ferrent. Cum vero consilia diuina et  
TVAE et meae voluntati essent con-  
traria, mihi que aliud deus iter, quod  
sectarer, ostendisset: nunquam tamen  
desisti, ex quo tempore in Germaniam  
reuerfus eram, omnibus, quibuscun-  
que opus haberem, copiis, ad litterarum  
vsu[m] et studium commodandis, me ad-  
iuuare;


iuuare; vti nuperrime quoque in Euthy-  
mio atque in hoc ipso Chryfostomo feci-  
fti. Diutius ergo committere non potui,  
vt aut tanta TVA erga me beneficia la-  
terent, aut in hominem prorsus ingra-  
tum collata esse viderentur. Accipe er-  
go, VIR ILLVSTRIS, hunc a me denuo  
editum libellum, fi non, vt eloquentif-  
fimi, attamen, vt fatis diferti hominis,  
tanquam meae erga TE obseruantiae  
animique TIBI maxime dediti indicem  
ac testem. Habent vero hae quatuor  
viri clariffimi orationes, praeter reli-  
quas virtutes, hanc quoque commenda-  
tionem, quod rariffimae ac vix vllibi  
alibi, nisi in Vaticana et Coisliniana bi-  
bliotheca feruatae videntur. Certe nec  
Fronto Ducaeus, nec Sauius, nec  
Montefal-

Montefalconius, nec ullus alius vir doctus, nec denique ego in ingenti praestantissimorum Codicum Chrysofomi multitudine, quos Mosquae examinaui, vllum harum vestigium inuenimus. Quod autem eas vberioribus, quam in aliis auctoribus facere consueui, animaduersionibus illustraui, id feci et propter Montefalconii properationem, quam in eius editione deprehenderam, nisi Codicum vitiis potius tot errores tribuendi sint, et quia his orationibus ad reliqua Chrysofomi opera legenda praeparare iuuenes volui. Nam inter tot Graecorum et Latinorum Patrum, vt vocant, volumina, quorum pleraque casu potius conflata, quam consilio scripta videntur, Chrysofomi tamen in primis lectu digna

\* 5

arbitror.

arbitror. TVO autem; VIR DOCTISSI-  
ME, acutissimo relinquo iudicio, vt sta-  
tuas, num ita aliquo modo iuuenibus  
profuerim atque operae pretium fecerim.  
De cetero, vti TIBI, VIR ILLVSTRIS,  
ac toti ILLVSTRI FAMILIAE TVAE  
omnia ex animo bona maxima cum  
abundantia opto, ita, vt TVAM mihi  
benevolentiam et amicitiam semper con-  
ferues, humanissime TE rogo. Vale.  
XVII. Calend. Mai. MDCCXCII. Vitem-  
berga.



PRAE-



PRAEFATIO.

LECTORIBVS

DOCTIS ET BENEVOLIS

S. P. D.

CHRIST. FRID. MATTHAEL.

---

**N**eminem facile repertum iri arbitror, qui  
has tres <sup>1</sup> Chrysofomi Homilias, quas  
nunc edidimus, praestantissimis eius dubitet <sup>2</sup>  
aequiparare. Argumenta enim si spectentur,  
sunt ea sane grauissima. Prima <sup>3</sup> enim Iobi  
illius

<sup>1</sup> De quarta Homilia vi-  
de inferius, post tertiam.

<sup>2</sup> A multis laudantur se-  
ptem homiliae in laudem  
Pauli Apostoli: sed nulla  
earum his quatuor antefer-  
ri potest, siue argumenta  
spectentur, siue tractandi  
modus. Inferiores etiam  
sunt, quae de exilio et redi-  
tu Chrysofomi agunt.

<sup>3</sup> Multa similia, ex va-  
riis homiliis collecta, de Iob-  
bo reperiuntur Tom. XII.  
Ecloga XXII. pag. 567. seqq.  
Tomo VI. etiam inde a pag.  
579. quatuor de Iobo ho-  
miliae leguntur. Multum  
vero hac inferiores sunt,  
tametsi in eis hic illic aliqui  
ingenii Chrysofomi emicent  
igniculi. Ad hanc, in locis  
corruptis integritati resti-  
tuendam.

illius calamitates et constantiam, terribile, sed plenum in casibus humanis solatii et admirandum spectaculum, tanquam in tabula, exhibet. Secunda <sup>4</sup> vero et tertia expeditum <sup>5</sup> celeremque, inter mille impedimenta autem vix opinabilem, demonstrat Euangelicae doctrinae cursum. Neque minus lectu digna sunt ea, quae pro more suo extra rem disputauit Chrysostomus. Oratio vero in his sermonibus ita exquisita, ampla et ornata est, vt coadunata opera ac meditato, tanquam ad certamen

tuendam nullum usum praestant. Dissimilis enim est tractatio, dissimile argumentum. Singula enim loca Iohannis deinceps explicant.

4 In secunda admirabili ingenii et facundiae copia verba solum tractat Philipp. 1, 7. ἐν τῇ βεβαιώσει τῆς εὐαγγελίας. In tertia Matth. 9, 37. ὁ θερισμὸς πολὺς. Eodem fere modo T. III. pag. 172 — 180. tractat vocabula, ἀσπασαθε κρίσιλλον καὶ ἀκύλιν.

5 Idem argumentum multoties tractauit, vnde eius in primis apparet ingenii vbertas. Loca in hanc rem lectu dignissima sunt T. X. p. 27. fin. seqq. p. 37. B. seqq. p. 59. C. seqq. et T. II. p. 574. C. seqq. vbi illa diuina, Δώδεκα Ἴσων κ. τ. λ. quibus similia apud nullum oratorem Graecum Latinumue inueni; nec vero etiam inuenire potui. Diuina enim oratione tractat, non humana. Igitur ista omnia, φέρος ἐνμαίων, vt vocat Chrysostomus.



men<sup>6</sup> laudis, eloquentiae et ingenii, quo alios ac semet ipsum vinceret, scripsisse videatur. Semel autem has ediderat orationes Montefalconius ex Vaticano Codice, cura et diligentia, quod lectoribus facile apparebit, haud adeo magna. Credibile ergo est, virum magni nominis, maiorisque doctrinae, inter multa alia negotia, vel, quod tantum thesaurum diutius ab oculis hominum celare inuidiosum esse censebat, subito eas ad communem usum protulisse atque adeo extrusisse. Haec ergo memouerunt, vt eas iterum ederem. Prima cura fuit, vt emendatiores prodirent. In quo negotio facilius et libentius usus fuissim ope Codicum, quam ingenioli, ad quod, alio destitutus auxilio, haud raro coactus sum confugere. Cum vero multa in eis exquisitius dicta inuenirem, Graecam dictionem, praeter consuetudinem meam, pluribus exemplis illustrare volui, vt iuuenes, qui aliorum librorum copia sunt destituti, loca similia et variorum scripto-

<sup>6</sup> Vtar eius verbis T. II.  
pag. 2. C. φιλοτιμίας ἔνεκεν

καὶ τῆς ἐν τῷ λόγῳ δυνάμει  
παρασχῶν ἀπόδειξιν σπαράζων.

scriptorum ingenia inter se sine magno negotio possent comparare. Habebit quoque ea res usum aliquem ad alia Chrysofomi scripta, quod in 7 has tres orationes plerosque ac suavissimos ingenii sui atque eloquentiae contulit flores. Facile ergo eos ac libenter Graecae studiosi pulchritudinis decerpent. Equidem vero vehementer laetor, quod mihi in harum orationum editione cum nemine Critico *sacro* digladiandum fuit. Scripsi Vitembergae d. XXII. Sept. MDCCXCI.

7 Habet hoc Chrysofomus commune cum Plutarcho in primis, vt sententias illustriores et dicendi formulas exquisitiores frequen-

tius repetat. Quid vero? Nonne apud Isocratem etiam et apud Demosthenem ipsum eadem saepius leguntur?



BERNAR-



BERNARDI DE MONTFAVCON  
MONITVM

IN VNDECIM

S. IO. CHRYSOSTOMI HOMILIAS  
NVNC PRIMVM A TENEBRIS

ERVVAS.

Vide Operum Chrysoft. Tom. XII. pag. 319.

---

**E**n tibi, lector erudite, nouam, amplam, omninoque singularem Homiliarum Chrysoftomi accessionem proferimus, quae, haud ita pridem ex monte Atho, vt quidam, vel ex infula Pathmo, vt alii dicunt, in bibliothecam Vaticanam allatae, a fodalibus nostris, qui tum Romae Congregationis S. Mauri negotiis aduigilabant, a Graeco Amanuensi exscriptae, transmissae mihi fuere; nimirum a D. Petro Maloët, qui tunc Procuratoris Generalis officio fungebatur, et iam in Monasterio S. Germani a Pratis Prior est; et a D. Iosepho Avril, eius Socio, iam in Monasterio Corbeiensi Priore, qui ambo semper, dum Romae essent, assiduam mihi praestiterunt operam.

Quodque

## XVI MONTFAVCON MONITVM

Quodque prorsus nouum insolitumque est, atque vtilitatis multum affert, hae Homiliae descriptae fuere a quodam, qui S. Doctoris lateri haesisse videtur, quique in Homiliarum titulis loca refert, vbi Homiliae habitae sunt, et saepe causam, cur concionatus sit, indicat, ac non pauca ad historiam pertinentia admiscet. Certissimum est, illas Constantino-  
poli habitas fuisse, omnesque annis 398. et 399. An vero continenter et illo, quo habitae fuere, ordine, hic referantur, de multis liquidum est, de omnibus affirmare non ausim; tamenque verisimile est, omnes illo, quo hic ponuntur, ordine, dictas fuisse.

---

### E I V S D E M

#### IUDICIUM DE HIS TRIBVS HOMILIIS.

---

Quarta Homilia in templo S. Anastasiae habitae fuit, pauci fuere auditores: tamenque Chryso-  
stomus de Iobi patientia et virtute longam et elegantem habuit orationem.

Homilia septima in Ecclesia sanctae Anastasiae habitae fuit, vbi modicus erat, inquit ille, auditorum numerus, neque tamen ideo conqueritur; sed exemplum Samaritanae affert: quam licet vnā tantum, quia tamen audiendi

## IN CHRYSOSTOMI HOMILIAS. xvii

audiendi studio feruebat, longo tempore allo-  
quutus est Christus. Deinde vero pluribus ex-  
plicat, quid sibi velit Paullus, cum ait, de  
confirmatione Euangelii, et in his orationem  
claudit.

Dicta fuisse videtur haec Homilia in  
Hebdomate Paschatis: nam qui Homilias haec  
in illo tempore colligebat, vt ex titulis concio-  
num deprehenditur, illo, quo dicebantur, or-  
dine, eas descripsit. Non conqueritur autem  
Chrysoſtomus, quod pauci auditores adessent,  
quia non in maiori Ecclesia, vbi fynaxes fieri  
solebant, sed in Ecclesia S. Anastasiae, concio  
haberetur.

Homilia decima habita fuit in Ecclesia  
Apostoli, postquam senex quidam Episcopus  
ante Chrysoſtomum concionatus fuerat, quod-  
que obseruandum est, illum senem, et se iuue-  
nem vocat, etsi ex vulgari opinione annum 52.  
iam emensus erat. Argumentum autem con-  
cionis sumit ex hoc Euangelii dicto, Messis  
quidem multa, operarii autem pauci.

---

## A R G V M E N T A

HARVM TRIVM HOMILIARVM, SECVNDO  
A ME EDITARVM.

---

 ARGVMENTVM<sup>1</sup> HOMILIAE I.
 

---

*Exordium.* Conqueritur de paucitate auditorum ac praesentes admonet, vt probe attendant diligenterque dent operam virtuti. (p. 340. A.)

Transit deinde (E.) ad exemplum Iobi ac bipartito de eo exponit.

*Pars I.* Primo docet, qualis in summis calamitatibus (a p. 340. E. ad p. 344. E.)

*Pars II.* Secundo, qualis in rebus secundis (a p. 344. E. ad p. 347. A.) fuerit.

*Pars I.* Magnitudo miseriarum et constantiae eius ex his apparet:

a) Quod<sup>2</sup> calamitates omnis generis superavit. (p. 340. E.)

b) Quod omnes vno tempore pertulit. (p. 341. C.)

c) Quod calamitates, singulas omnem modum excedentes, sustinuit. (p. 343. B.)

d) Quod

<sup>1</sup> Pauca Chrysofomi homilias inueni, quae ita subtiliter essent dispositi, quam huic etiam multa ad subtilitatem philosophicam desunt.

<sup>2</sup> De Iobi calamitatibus exponit etiam Tom. X. pag. 253. D. seqq. vbi multa his similia leguntur.

HOMILIAR. CHRYSOSTOMI. XIX

- d) Quod ex fecundissimis rebus incidit in aduersissimas. (D.)
- e) Quod nullis suis delictis tanta mala promeruit. (E.)
- f) A tempore. Nimirum ante legis notitiam et ante doctrinam Prophetarum, Christi et Apostolorum sapientiam et omnem virtutem suo exemplo demonstravit. (p. 344. A.)
- g) A virtute ipsa, a patientia scilicet, quae est virtus maxima. (D.)

*Pars II.* In secundis rebus fuit:

- a) Medicus aegrotorum. (p. 344. E.)
- b) Pater orphanorum. (p. 345. A.)
- c) Iudex oppressorum. (B.)
- d) Humanissimus erga infimos. (E.)
- e) Carus suis. (p. 346. B.)
- f) Contentor diuitiarum et beneficus. (C.)
- g) Castus, modestus, grauis. (D.)

*Peroratio.* In ea vitur exemplo Iobi ad consolationem et cohortationem auditorum. (p. 347. A. ad finem.)

---

ARGUMENTVM <sup>3</sup> HOMILIAE II.

*Exordium.* Duas partes habet.

a) Multitudo auditorum, (pauci enim aderant,) non numero, sed attentione aestimatur. (pag. 356. B.)

Igitur Christus etiam cum Samaritana sola longos conferuit sermones. (B.)

De hac muliere copiosius, quam in exordio fieri debebat, exponit.

Redit autem ad rem, (p. 357. A.) ac promittit, se paucis etiam auditoribus, seu conuiuis, appositurum esse epulas spirituales.

b) Hae epulae mentem corroborant ad pugnam contra diabolum, contra quem nobis, docente id Paulo, certandum est. (B.)

Cum autem in bello duo cauenda sint, nimius hostium paor et nimia, neglectu hostium, securitas, Paullus ipse de utroque praecipit. (D.)

Idem Paullus amorem quoque suum, sicuti bonus belli dux, erga hos milites, seu pios, declarat. (E.)

Hunc amorem demonstrat etiam in summis periculis suis et vinculis, idque ad confirmationem Euangelii. (p. 358. A.)

Haec

<sup>3</sup> Secunda et tertia homilia propter longiora exordia similis est infantibus recens

natis. Caput enim reliquo corpore iusto maius est.



HOMILIAR. CHRYSOSTOMI. xx!

Haec verba, *in confirmatione Evangelii*, arripit, eaque ad explicandum proponit. (E.)

*Propositio.* Quomodo ergo pericula et vincula Apostolorum confirmant Euangelicam doctrinam? (p. 359. A.)

Ad haec ita respondet:

Primo copiose exponit miseriam Christianorum sub initium Euangelicae doctrinae. (A.) Deinde docet, Paullum istas misérias consolatum esse et Christianos confirmasse etiam aliis dictis. (E.)

Maxime vero confirmatum esse euangelium (p. 369. C.) vinculis et calamitatibus Apostolorum.

Si enim Apostoli, liberi ab omnibus calamitatibus, rebusque secundissimis vfi, Euangelicam doctrinam tradidissent, doctrina eorum apud calumniatores suspecta fuisset. (C.) Nunc autem apparet, diuinos eos esse legatos ac diuinitus contra omnia impedimenta adiutam esse eorum doctrinam.

Idem docetur a dicto Christi. (p. 370. A.)

A similitudine gubernatoris nauis, medici, belli ducis, pastoris. (B.)

Ab exemplo Petri et Ioannis. (C.)

Ab alio Paulli dicto. (p. 371. B.)

*Peroratio.* Ea habet breuem admonitionem ad auditores. (C. ad finem.)

## ARGVMENTVM HOMILIAE III.

*Exordium.* Senectus, ad alia negotia inepta, ad ecclesiastica vel maxime idonea habetur. (p. 387. D.)

Sed nec iuuentas inepta est ad religionis studium. (p. 388. C.)

Nemo ergo ignauiam suam vel iuuentute, vel senectute excusare potest.

Nam et nunc multi iuuenes ecclesiam frequentant et senes in spectaculis sedent, et contra. (D.)

Absentes igitur, sicut pastor ille ouem vnam ex centum, quaerit. (E.)

Vel vnus enim frater fratri et homo deo carus est. (E.)

Praesentes ergo hortatur, vt, dimissa concione, ipsi etiam aberrantes in viam reducant. (pag. 389. B.)

Indignatur autem, quod nunc, cum in templo Apostolorum sint, alii spectatores certaminum equestrium sedeant. (C.)

Sed istis missis auditores suos ducit in hortos sacrarum litterarum. (E.)

Vere enim, sicuti horti, ita etiam litterae sacrae, plene sunt floribus. (E.)

Inter istos flores, tanquam flos, conspicuum est etiam dictum Christi: *Messis multa.* (pag. 390. A.)

*Propositio.* Hoc dictum ergo per reliquam orationem tractat.

Cur Christus Euangelicam doctrinam appellavit Messem? (B.) Nam messis finis est agriculturae.

HOMILIAR. CHRYSOSTOMI. XXIII

rae. Illo vero tempore in initiis versabatur Christiana religio.

Hic oratorie peruersos istius temporis mores describit. (C.)

Sed Christus hoc dicto animum addidit Apostolis, ut ad docendas gentes, tanquam ad messem exirent, (p. 391. B.) suum spondens in tantis periculis auxilium.

Ipse enim Christus Apostolis montes aequauit et viam complanauit, uti Propheta praedixerat. (p. 392. A.)

Neque enim id de montibus proprie accipiendum, sed de superbis et elatis hominibus. (A.)

Mons eiusmodi erat Pharisaeus ille. (C.)

Talem montem, proconsulem nimirum illum et magum, complanauit etiam Paulus. (D.)

Talem quoque, Eunuchum scilicet illum, etiam Philippus. (p. 393. C.)

A facilitate ergo, quam Christus praestat, Euangelica doctrina appellatur messis.

*Peroratio.* Etsi autem Christus omnia facilia reddit ad salutem nostram: tamen, quia neminem cogit, ipsi quoque studium adhibere debemus.

## DE CHRYSOSTOMO ORATORE.

Homiliarum Chrysoſtomi duo ſunt omnino genera. In aliis enim deinceps ſuo ordine integros litterarum ſacrarum libros tractat. Hic in ſingulis Homiliis <sup>2</sup> proponit partem eiusmodi libri, eamque in priore parte Homiliae explicat, ac interdum eadem bis terue reſumit et retractat. Secunda pars morum doctrinam ſpectat, ſumta dicendi materia aut a verbis, quae expoſuit, ſaepiusque ex paucis et vno, aut a tempore, a perſonis, a rebus, quae tunc gerebantur, ita etiam interdum, vt coacta et detorta videatur oratio. Hinc frequentes illae diſputationes contra theatra, ludos circenſes, artes magicas, <sup>3</sup> iuſiurandum, ſuperſtitionem, libidinem, luxum, contra eos, qui in eccleſia inter ſe confabulabantur, ridebant, ſaltabant, immo etiam maſcupia <sup>4</sup> ſuccidebant, et contra  
alia

<sup>1</sup> De eo, vt interprete, dixi in mea N. Teſt. editione ad epiſt. Pauli ad Theſſ. et Timoth.

<sup>2</sup> Ab hac norma tamen recedit in Homiliis plerisque in Geneſin. Hic enim exordium et peroratio morum praecepta tractat, media pars orationis explicat *ἡθικῶν* litterarum ſacrarum. Interdum etiam in exordio retractat ea, quae antea iam expoſuerat. In Homiliis in Pſal-

mos verba textus per partes recitat, breuiter explicat, ac continuo ſingulis partibus necit adhortationes, ita, vt in eadem Homilia plura ac diuerſa argumenta ethica occurrant.

<sup>3</sup> Contra iuſiurandum pluribus deinceps diſputat homiliis Tom. II. inde a pag. 57. E.

<sup>4</sup> Vide Tom. I. p. 479. B. ſeqq.

alia effeminati, mollis, effreni et ad interitum ruentis seculi, veri fidem et modum omnem excedentia vitia. Alterum genus Homiliarum aut Ecclesiasticas lectiones Euangelii et Apostoli exponit, aut habitum est in certis diebus festis, item variis temporum, rerumque vicissitudinibus et casibus. In his plerumque amplior est oratio<sup>5</sup> et ornatior. Quod inuentionem, in secundo maxime genere, attinet, hic nemo Chrysofomi desiderabit ingenium, faepe vero luxuriam accusabit, modum excessisse culpabit, facilitatem et probabilitatem inuentionis requiret. Dispositionem primi generis Homiliae, vt dixi, eandem omnes habent. Ex altero genere paucissimae subtiliter sunt dispositae. Haud raro propositionem etiam mutat, vel latiore, vel angustiorem vocabulis subiciens notionem. Accedit, quod multoties inter ipsa argumenta<sup>6</sup> ad alia delabatur. Aegre enim

5 Hoc ipse Chrysof. T. I. p. 558. B. appellat, καλλωπίσαν ῥήμασί τε καὶ ὀνόμασι τὴν ἐρμηνείαν. Et T. V. p. 131. A. ποικίλλαν χρῆ τὸ τῆς διδασκαλίας εἶδος, καὶ νῦν μὲν καινηγυρικώτερον, νῦν δὲ ἀγωνικωτέρων ἀπτεσθαι λόγων.

6 Ipse hoc sensit. Igitur T. III. p. 100. E. 102. A. et T. VI. pag. 149. C. culpam eius rei in Paulum Apostolum transfert: καὶ γὰρ ἴτε, πολλὰ κίς ἐτίρωδ' ἡμε βαδίζοντα

καὶ τετραμμένον, ἀπαντήσας (ὁ παῦλος) ἐν μέσῳ τῷ λόγῳ κατέσχε, καὶ ἔτιως ἕλεν, ὡς ἐν αὐτῷ πᾶσαι καταλύσαι τὸν λόγον. Multoties autem ipse reuocat se in viam, veluti T. I. pag. 516. D. ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἴωμεν, ἵνα μὴ συνεχῆς τὰς παρεκτροπὰς ποιῶμεθα. Ibid. p. 784. D. ἵνα μὴ τὸ πάρεργον τῆς λόγου πλέον γινόμενον ἀπάγη τὸν λόγον, ἐχώμεθα τῆς ὑποθέσεως. T. IV. pag. 28. C. ἡ οὐδα, πῶς

enim exultans ingenium compescere potuit. Supellectilem autem oratoriam, flores dico et pigmenta, vbique secum omnem circumfert, vt credas, hominem expugnata Conflantino- poli aufugisse cum omnibus suis opulentiae regiae, luxusque et magnificentiae copiis. Re- prehenditur etiam partium inaequalitas. Mo- do exordium <sup>7</sup> dimidiam partem orationis ab- flulit, modo brevis argumentorum tractatio ingentem post se trahit fermocinationem. In priori <sup>8</sup> genere, cum dicta litterarum sacrarum explicantur, elocutio interdum non tam tenuis et subtilis est, quod merito probaretur, sed len- ta, supina, negligens, fastidium a repetitioni- bus adferens. In altero genere saepius nimis quaesita est elocutio, continuis ac dissimilibus transla-

*καλιν ὑπὸ τῆς ῥύμης τὰ λόγους  
eis ταῦτα ἐξενεχθέντες, τῆς  
ἀπολαθίας ἐξεπίσσωμεν. Et  
ibid. E. καθάπερ ὑπὸ χαμάρ-  
ρης τινὸς σφοδρότατα παρασυ-  
ρόντες. Et pag. 90. D.*

<sup>7</sup> Propter longiora exor- dia se excusat Tom. III. pag. 84. C. pag. 85. A. pag. 115. D. pag. 120. A. Tom. IV. pag. 246. C. et alibi.

<sup>8</sup> Iis, qui nondum adfue- ti sunt orationi Chrysostomi, si tamen exegetica eius in N. Testamentum legere ve- lint, auctor sim, vt a com- mentario in epistolam ad

Galatas incipiant, desinant in commentario in Actus, qui est omnium infimus. Minori quidem cura commentarium in epistolam ad Galatas elabo- ratum dicit Montefalconius, sed cura profecto est eadem, et oratio multo est pressior et adstrictior. In interpreta- tione V. Testamenti sibi est dissimilior: Origene tamen multo superior; tamen hic, nescio, vtrum dicam He- braice, an Hebraica, appri- me calluisse credatur. Equi- dem certe ex istius scriptis hoc discere non potui. Sed nec diuinus Huctius.

translationibus referta, floribus multis et discoloribus obsita, ad ostentationem et aurium voluptatem composita, mole laborans, inflata, tumens et, vt ipsius verbis vtar, *βρύεσα, βερίθρεσα, κομῶσα, σφριγῶσα*. Epistolas Chrysofostomi nemini magno opere commendauerim, nisi iis, qui historiam exilii eius cupiunt cognoscere. Paucae, eaeque longiores ad Olympiadem, inter reliquas excellunt. Sed excedunt epistolarum modum. Pleraeque et sententiis et verbis sunt inter se similes. Τὸ ἴδιον, quod epistolas familiares in primis commendat, in his partim cernitur in folis vocabulis formulisque vulgaribus, partim, vt fictum et studio quaesitum, displicet. Sed haec de vitiis eius, quae magnis virtutibus in singulis fere orationibus compensat. Modo enim subtiliter docet, modo acerrime pugnat, modo proprie et eleganter, modo copiose et ornate dicit, modo acumine et ingenio delectat, modo fulmine et tonitru terret. Ad haec<sup>9</sup> morum, quos oratione exprimit, honestas, sententiarum grauitas et sublimitas, animus, vitiorum, voluptatum, rerum humanarum contemtor, pius et religionis acerrime studiosus. Ac profecto, si Athenis

<sup>9</sup> Vti enim inter oratores Graecos, non Christianos, ciuili virtute commendanda nemo honestate antecellit Isocratem: ita Chrysofostomus, post Christum et Apo-

stolos, de virtute Christiana dicens, neminem inter Christianos Graecos, ne dicam inter Latinos, grauitate superiorem aut similem habet.

xxviii DE CHRYSOST. ORATORE.

nis aut Romae, modestis hominum et compositis moribus et inter auditores graues, veracque eloquentiae aestimatores et iudices dixisset, fimillimum cum haberemus Aeschini et Ciceroni, post quos secundas ferre tertiasue ipsi honestum est. Quis enim <sup>10</sup> vnquam orator ornatus, amplus, copiosus, concitatus, audax, vehemens probatus est ab omnibus? Hoc illud est, quod pene impie dixisse fertur Antonius. Aiebat enim, disertos se vidisse multos, eloquentem omnino neminem, idque vix deo concessum esse.

<sup>10</sup> Ipse Chrysof. T. VI. p. 120. A. de dicendi genere suo: τὰ ἡμέτερα προσέειπε ὅτι οὐκ εὐχρηστὸν φερομένω. His

opponit orationem ἐλαίᾳ μᾶλλον ἢ ὕδατων μιμημένην τὸν δρόμον.



IOANNIS



IOANNIS  
CHRYSOSTOMI  
HOMILIAE IV.

*Vol. I.*

A



ΤΟΥ  
 ἘΝ ἈΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ἩΜΩΝ  
 ἸΩΑΝΝΟΥ  
 ἈΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ  
 ΤΟΥ  
 ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ  
 Ὅμιλοι τέσσαρες.

Ὅμιλοι Α. [Δ.]

Ὅμιλοι <sup>1</sup> λεχθεῖσα <sup>2</sup> παρανετική ἐν τῷ ναῷ τῆς  
 ἁγίας Ἀναστασίας πρὸς τὰς <sup>3</sup> ἀπολειφθέντας·  
 καὶ ἀποδείξεις περὶ τῶν ἀγῶνων καὶ ἄλλων τῶν  
 μακαρίων καὶ δικαίων Ἰωβ.

ΚΕΦ. Α.

Tom. XII.  
 pag. 34<sup>o</sup>.  
 Α.

ὍΣΩ ἐλάττωτες τῶν ἐωθέτων οἱ συνελθόν-  
 τες, τοσῶτα καὶ <sup>4</sup> ἡμεῖς μέζονι χρησόμε-  
 θα τῇ προθυμίᾳ. εἰδὲ γὰρ δίκαιον ἂν εἴη τῶν ἀπο-  
 λειφθέντων τὴν βραδυμίαν, τὴν ἡμετέραν σπε-  
 δὴν <sup>5</sup> λυμῆνασθαι· ἀλλὰ δι' αὐτὸ μὲν ἐν τῷτο  
 καὶ

1 ὁμιλοῖ] Quae Monte-  
 falconius, Vir Summus,  
 de his vndecim homiliis,  
 quas primum edidit, nota-  
 vit, ea supra repetii, post  
 praefationem. Ex his vndecim  
 homiliis autem hic  
 deinceps edidi quartam,  
 septimam et decimam, quae  
 mihi quidem in primis pro-  
 batae sunt.

2 λεχθεῖσα παρανετική]

Transponenda haec sunt  
 ita: παρανετική, λεχθεῖσα.

3 ἀπολειφθέντας] Sum-  
 fit scriba haec ex initio  
 huius homiliae p. 340. Α.  
 Β. vbi est τῶν ἀπολειφθέν-  
 των et τοῖς ἀπολειφθεῖσαι.  
 Eodem sensu habet Τ. IV.  
 p. 71. Ε. ἀπόλειψις, absentia.  
 Ceterum ex his indi-  
 cibus facile intelligitur,  
 hominem improbitum fuisse,



SANCTI  
PATRIS NOSTRI  
IOANNIS CHRYSOSTOMI  
ARCHIEPISCOPI  
CONSTANTINOPOLITANI  
HOMILIAE QVATVOR.

HOMILIA I. [IV.]

*Homilia hortatoria, habita in templo sanctae Anastasiae aduersus eos, qui non adfuerant; ac demonstratio de agonibus et certaminibus beati et iusti Iobi.*

CAP. I.

Quanto pauciores sunt ii, qui convenire solebant, tanta maiore nos utemur alacritate: neque enim aequum fuerit, absentium ignaviam studium nostrum labefactare; sed propterea

A 2 lautio-

se, qui eos adscripserit. Προς reddidit Montefalconius aduersus. Accepit ergo loco κατὰ. Pauca vero contra hos, qui aberant, dixit. Alio igitur modo notari debuisset argumentum. Προς τινα, aduersus. Vide ad Thueyd. p. 416. edit. Duck. Ita Cinnamus p. 320. edit. Tollii. προς ἑκάστου, contra illum.

4 καὶ ἡμεῖς] cum particula καὶ in priori membro nihil habeat, quo referatur, rectius, ut redundans, excludenda videtur.

5 λυμίνασθαι] λυμίνεσθαι tam cum accusatiuo, quam cum datiuo dicitur. Cum acc. Xenoph. p. 131. D. p. 464. C. edit. Lennel. Cum dat. idem p. 938. A.

B. καὶ δαφιλῆσέραν<sup>6</sup> παραθήσομεν τὴν τράπεζαν, ἵνα τῇ πείρᾳ μαθόντες τὴν ζημίαν, παραγενομένοι<sup>7</sup> σπυδαίωτεροι λοιπὸν περὶ τὰς συνόδους γίνωμεται ταύτας. διὸ δὴ καὶ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην παρακαλῶ, προσέχειν τοῖς λεγομένοις. ἔτω γὰρ διπλὴν ὑμῖν ἔσται τὸ κέρδος. τοῖς τε γὰρ ἀπολειφθεῖσι διαβιβάζοντες τὰ λεγόμενα, σπυδαιωτέρως αὐτὸς ἐργασεσθε, τὴν τε ὑμετέραν ψυχὴν φιλοσοφώτερον<sup>8</sup> κατασκευάσετε. καθάπερ γὰρ τῆς γῆς<sup>9</sup> ἡ φύσις, ἀμελεσμένη<sup>10</sup> μὲν, βοτάναις<sup>11</sup> ἐκφέρεται

Auditores pauci in hac concione.

Similitudo de agro culto et inculto.

6 δαφ. παραθ. τράπ.] lautiores apponam epulas; tropice, loco, copiosiorem habebō orationem. Ita δαφιλῆς ζῆν, in abundantia, laute viuere, Xenoph. Mem. Socr. II, 7, 6. Παρατιθέσθαι autem hoc sensu habet in Sympof. 2, 2. in Hier. 1, 17. Sapienter aliquis dixit: τράπεζαν πολυτελή μὲν τύχη παρατίθειν, αὐτάρχη δὲ σωφροσύνη. Τράπεζα hoc sensu infra etiam occurrit p. 357. B. Vt autem hic dicitur mensa apponi: ita infra p. 343. D. παρακαῶσθαι appofita esse; vtrumque de cibis ipsis habet Lucian. T. I. p. 648. ἀράμενος ὁ διάκονος τὰ σοὶ παρακαίμενα, φέρων ζεύγῳ παρατίθεικε. Pro eodem Chrysof. T. IV. pag. 32. A. p. 51. B. habet ἐτίασιν παρατιθένοισι.

7 παραγενομένοι] Aut, οἱ κἀραγενομένοι. Hi enim πᾶρα μανθάνουσι τὴν ζημίαν

τῶν ἀπολειφθέντων. Aut, ἢ παραγενομένοι. Nam et hi discunt, moniti ab iis, qui praefentes fuerunt. Posteriorius magis placet propterea, quae statim subiungit: τοῖς τε γὰρ ἀπολαφθ. — σπυδαιωτέρως αὐτὸς ἐργάσσεσθε. Nam praefentes reprehendere non poterat. Immo etiam laudat. Similis sententia est apud Chrysof. Tom. VI. pag. 149. D. ὡς καὶ τὰς ἀπολειφθέντας ἐργῶ μαθῶν, ἠλίκην ὑπέμειναν ζημίαν· ἔσσονται δὲ, εἰ μετὰ ἀκριβοῦς ὑποδείξιμοι τὰ λεγόμενα, καὶ πρὸς ἐκείνους διαβιβάσαι δυναθήσεται.

8 φιλοσοφώτερον] Semel hic monitum fit, Chrysof. Tom. VI. pag. 149. D. ὡς καὶ τὰς ἀπολειφθέντας ἐργῶ μαθῶν, ἠλίκην ὑπέμειναν ζημίαν· ἔσσονται δὲ, εἰ μετὰ ἀκριβοῦς ὑποδείξιμοι τὰ λεγόμενα, καὶ πρὸς ἐκείνους διαβιβάσαι δυναθήσεται. 8 φιλοσοφώτερον] Semel hic monitum fit, Chrysof. Tom. VI. pag. 149. D. ὡς καὶ τὰς ἀπολειφθέντας ἐργῶ μαθῶν, ἠλίκην ὑπέμειναν ζημίαν· ἔσσονται δὲ, εἰ μετὰ ἀκριβοῦς ὑποδείξιμοι τὰ λεγόμενα, καὶ πρὸς ἐκείνους διαβιβάσαι δυναθήσεται. Sic et religiose sapiunt et agunt. Et vero etiam haec profecto

lautiorem apponemus mensam, vt, quantum  
dānni passi sint, experimento discentes, studio-  
siores postea sint circa conuentus huiusmodi.  
Ideo caritatem vestram rogo, dictis attendatis.  
Sic enim duplex vobis lucrum proueniet. Ab-  
sentibus enim dicta referentes, studiosiores illos  
efficietis, animamque vestram philosophiae ma-  
gis deditam reddetis. Quemadmodum enim  
terrae natura, si negligatur, herbas affert ma-  
las;

A 3

las;

profecto vera est philoso-  
phiā. Modo igitur de vir-  
tute christiana in genere  
dicitur, modo de formis  
singulis. Sufficit vnus lo-  
cus T. I. p. 445. C. ταύτης  
(τῆς ἀγάπης) παράσης ἐδὲν  
μέρος φιλοσοφίας ἐλ-  
λαίκα τῷ κεκτημένῳ, ἀλλ'  
ὀλόκληρον ἔχει καὶ παν-  
τελῆ καὶ ἀπηρτισμέ-  
νην τὴν ἀρετὴν

9 τῆς γῆς ἢ φύσεως] Ita  
dixit concinnitatis caussa.  
Huc enim refertur, ἀνθρώ-  
πων ψυχῇ. Scholiasta So-  
phocl. p. 46. φύσις ἐστίν, ἢ  
ἐνσῶτινι δυνάμει. πῶς φύ-  
σις ἐπὶ γῆ, τὸ ἀναβλαστῶν  
βοτάνων, καὶ φύσις τῆ πυ-  
ρός, τὸ θερμαίναν. Multa  
περὶ φύσεως γῆς disputat  
Xenoph. Oecon. 16, 1. 4. 5.  
Philo p. 233. C. τὴν δὲ φύ-  
σιν ἀπέειπε τοῖς Φυτοῖς, κε-  
ρασάμενος αὐτὴν ἐκ πλάτων  
δυνάμεων, θεραπευτικῆς τε καὶ  
μεταβλητικῆς καὶ αὐξητικῆς.

Latissime autem patet vo-  
cabulum φύσεως. Sic φύ-  
σις (habitus) τῆς ψυχῆς καὶ  
τῆς μορφῆς. Xenoph. p. 3.  
C. τὸ ἀββὲν φύλον (οἱ ἀββῆ-  
ναι) ἰσχυρότερον ἐστὶ τῶν τῆς  
θηλείας φύσεως, (id est τῶν  
θηλαῶν.) Apud Sophocl.  
p. 228. φύσις ἐνυαλία, sicut  
ρίσκα. Infra Hom. II p.  
359. C. ἢ τῶ κηρύγματος φύ-  
σις.

10 ἀμελεμένη] ἢ γῆ.

11 βοτάνων ἐμφ. πον.] βο-  
τάνων κνηρὰ sicut, vel ve-  
nenatae, vel noxiae fa-  
ludribus. Ad posterius sa-  
genus referuntur in litteris  
sacris ἀκανθαὶ καὶ τρίβολοι.  
Ἐκφέρειν, efferre, de ter-  
ra habet Xenoph. Oec. 16,  
5. vbi synonymum est φύ-  
αν. Pro eo autem, quod  
mox addit, γεωργικῶν ἀπο-  
λαύσασα καρῶν, quod ora-  
torium est, ibidem legitur,  
θεραπευομένη.

ἐκφέρει πονηράς, συνεχῶς <sup>12</sup> δὲ γεωργικῶν ἀπο-  
 λαύουσα χειρῶν, ἄριμον δίδωσι τὸν καρπὸν· ἔγω-  
 γὴ καὶ ἀνθρώπου ψυχὴ ἢ μὲν ἐν βραδυμία κεκμηνη,  
 C. πλημμελημάτων <sup>13</sup> ἀκάνθας τίκτει· ἢ δὲ ἀπο-  
 λαύουσα προνοίας, κομῶντα <sup>14</sup> τῆς ἀρετῆς φέρει  
 τὸν καρπὸν. διὸ καὶ τις σοφὸς παραινέει λέγων·  
 Provi. 24, ὡς περ γεώργιον, ἀνήρ ἄφρων, καὶ ὡς περ ἀμπέ-  
 30. 31. λων, ἀνὴρ ἐνδεὴς φρενῶν· εἰάν ἀφῆς αὐτὸν <sup>15</sup>, χερ-  
 σωθήσεται, καὶ <sup>16</sup> χερσομαινήσει· ἢ ἔν μὴ τῆτο <sup>17</sup>  
 γίνεται νῦν, συνεχῶς τῷ λόγῳ τὴν δρεπάνην μετα-  
 χειρίζομεν. καὶ μὲν τι πονηρὸν βλασάνη, διηνε-  
 κῶς ἐκκόπτομεν· ἀν δὲ τι ἄριμον καὶ καρπὸν  
 ἔχον <sup>18</sup>, τρέφομεν τε, καὶ ἀρδεύομεν, καὶ πρὸς <sup>19</sup>  
 αἰμὴν

12 συνεχῶς] Mox est eo-  
 dem sensu συνεχῶς μετα-  
 χειρίζομεν, διηνεκῶς ἐκκόπτο-  
 μεν et συνεχῆ τὴν ἐπιμέλειαν.  
 Haec ergo non nimis vr-  
 genda sunt. Γεωργικῶν ἀπο-  
 λαύειν χειρῶν habet etiam  
 T. VI. p. 87. D. T. I. p.  
 462. E. γῆ χερσοθήσει καὶ  
 γεωργικῶν ἐκ ἀπολαύουσα  
 χειρῶν. et ibid. p. 556. B.  
 et p. 775. E. et p. 776. B.  
 ἰατρικῶν ἀπολαύουσα χειρῶν.  
 Ibid. p. 758. C. discrimen  
 facit inter διηνεκῆς et συνε-  
 χῆς, vbi istud est frequens,  
 hoc continuus.

13 πλημμ. ἀκάνθ.] haec  
 duo coniungo; interpretes  
 πλημμ. retulit ad βραδυμία.  
 Ἀκάνθας appellavit, quod  
 modo de terra dixerat.

14 κομῶντα] κόμη et co-  
 mia tam de capillis, quam  
 de summis arborum fo-

liis frondibusque dicitur.  
 Chrysof. T. I. p. 462. D.  
 τῇ κόμῃ τῶ δένδρου. Zosim.  
 p. 300. edit. Cellar. ἄχρη  
 τῆς τῶν φοινίκων κόμης —  
 ἀνατρέχουσα. Hinc κομῶν,  
 et comam alere, et efflo-  
 rescere, laetumque fructum  
 adferre notat. Isto sensu  
 habet Xenoph. pag. 686. A.  
 Pro eodem est κομῆσαι.  
 Herodot. lib. II. cap. 36.  
 Hoc Theocrit. I, 133. vbi  
 itidem v. 132. ἀκάνθων fit  
 mentio. Maxim. Tyr. p.  
 202. edit. Dauif. ἔρη κο-  
 μῶντα. Cinnam. pag. 79.  
 φύλλοις κομῶσαν πόνον. In-  
 fra pag. 394. B. legitur σά-  
 χυν κομῶντα. Chrysof. T.  
 V. p. 211. E. κατορθώμασι κο-  
 μῶν, de viro iusto et probro.

15 χερσοθήσεται] He-  
 fych. χέρσος· ἢ ἔρημος γῆ  
 καὶ τραχῆα, καὶ πᾶσα γῆ  
 ἄκιμπος

las; sed si frequenter agricolarum manibus fruatur, fructum reddit opportuno tempore; sic et hominis anima, quae in ignavia iacet, delictorum spinas parit; quae vero studiose colitur, vernantem virtutis fert fructum. Ideo sapiens quidam admonet, dicens: *quasi ager est vir stultus, et quasi vinea vir mentis carens; si reliqueris eum, arescet, ac foenum stulte profereat.* Ne igitur hoc nunc eueniat, frequenter verbi fallacem immittimus; et si quid mali germinet, assidue amputamus: si quid autem opportunum, si fructum habeat, nutrimus et irrigamus, et ad

A 4 maturita-

ἀκαρπος καὶ ἀνεργαστος. Et  
χερσωθήσονται ἐρημωθήσονται. Philo p. 452. B. edit. Colon. opponit βαθύγειον καὶ εὐδαίμονα γῆν et χέρσον. Idem de solo sicco maris rubri, τὸ χερσωθὲν ἕδαφος. pag. 698. A. Plutarch. de puer. educ. Cap. 14. §. 16. γῆν κεχερσωμένην, agrum incultum. Ibid. Cap. 4. §. 10. ἀμεληθεῖσα (ἢ γῆ) χερσαύεται. Item Xenoph. Oec. 4, 17. 16, 5.

<sup>16</sup> χορτομανήσαι] inutilibus replebitur herbis. Interpres: foenum stulte profereat. Respexit ergo etymologiam, μαίνεσθαι. Sed ista composita non tam stultitiam et insaniam, quam inutilem copiam, abundantiam et luxuriam notant. Simile est ὑλομαναν, quod et ipsum est inutiliter lu-

xuriare. Chrysof. T. I. p. 441. C. χωρὶον ὑλομανῶν. et ibid. p. 556. B. et T. III. p. 130. C. καθάπερ γῆ γεωργικῶν ἐκ ἀπολαύσεως χερσῶν, χερσαύεται καὶ ὑλομανῶ. Translate hoc dixit Synes. T. I. p. 123. edit. Turneb. γλῶσσαν ὑλομανῶσαν τε καὶ φλεγμαίνουσαν ἰνομμάτων κακότητι. Et Plutarch. de aud. poet. Cap. I.

17 γίνεσθαι] ita per siglam editum. Haud dubie legendum γίνεσθαι. Comma, quod erat ante τὸν, promouei post τὸν.

18 καρπὸν ἔχον] intell. βλασήση.

19 πρὸς ἀκμὴν ἄγονμεν] vires, vigorem addimus. Chrysof. T. I. p. 109. A. ὁ πρὸς τὴν ἀκμὴν ἄγων τὰς φυτευθέντας καρπὸς. T. X. p. 664. D. καρπὸς εἰς ἀκμὴν ἄγμεν.

αἰκμὴν ἄγομεν, συνεχῆ τὴν ἐπιμέλειαν ἐπιδεικνύ-  
 μενοι. διπλῆς γὰρ δεσμευθεὶς προνοίας, μᾶλλον δὲ  
 καὶ τριπλῆς. μιᾶς μὲν, ἵνα ἀπαλλαγῶμεν κα-  
 κίας ἐτέρας δὲ, ἵνα κτησώμεθα ἀρετὴν μετὰ  
 δὲ ταῦτα, ἵνα τὴν κτηθεῖσαν διαφυλάξωμεν· ἐν-  
 θα καὶ πολλῆ δὲ μάλιστα πόνος ἐπειδὴ καὶ ὁ πο-  
 νηρὸς δαίμων ἐκείνος, καὶ τοῖς ἡμετέροις βασκαί-  
 νων καλοῖς, τοῖς κατορθωκόσιν ἐπιτίθεται μειζό-  
 νως. καὶ καθάπερ οἱ πειραταί, καὶ <sup>20</sup> καταπον-  
 τισαί, τὰ μὲν ἄμμοι ἔχοντα πλοῖα παρατρέχε-  
 σιν· εἰ δὲ πεφύκτον <sup>21</sup> ἴδοιεν πολυτελεῖ, καὶ πλε-  
 τον ἐναποκείμενον, τέτοις ἐπιτίθενται <sup>22</sup> διατι-  
 τρῶντες κάτωθεν, προσβάλλοντες ἄνωθεν. πᾶ-  
 σαν κινῶντες μηχανῆν· ἔτω δὲ καὶ ὁ διάβολος  
 τοῖς <sup>23</sup> μάλιστα πολλὴν συναγροχόσι τὴν ἀρετὴν  
 προσβάλλειν εἴωθε, καὶ φθονεῖν, καὶ ἐπιβε-  
 λεύειν. τοσῶτοι <sup>24</sup> γένῃ ἦσαν ἄνθρωποι κατὰ τὴν  
 οἰκισμένην ἐπὶ τῆ Ἰαῶβ· καὶ πρὸς ἐκεῖνον μόνον <sup>25</sup>  
 ἀπεδύσατο,

E.  
 Virtus im-  
 pugnata fit  
 potentior.

ἄγχοι. Ut autem mox est  
 διπλῆς καὶ τριπλῆς, ita infe-  
 rius pag. 341. E. διπλασίονα  
 καὶ τριπλασίονα.

<sup>20</sup> παραταί καὶ καταπον-  
 τισαί] παρατής et καταπον-  
 τισῆς eo differt, quod hic  
 etiam naues captas mergit.  
 Eandem similitudinem ha-  
 bet T. IV. p. 305. A.

<sup>21</sup> φύκτον] φύκτος est,  
 quicquid imponitur nauī,  
 quo nauis oneratur. Philo  
 p. 169. G. σκάφη βρίζοντα  
 φύκτα, nauigia mercibus  
 onusta. Hinc ναὺς φορτα-  
 γωγός, nauis oneraria. Po-  
 lyb. T. III. pag. 456. edit.  
 Ernest. De nauibus magnis,

quae magnam onerum mul-  
 titudinem capiunt, dicitur  
 μυριάγωγος. Chrysof. T.  
 V. pag. 154. A. T. VIII. p.  
 451. B. Etiam μυριοφόρος.  
 Chrysof. T. II. p. 588. A.

<sup>22</sup> διατιτρῶντες] διατιτρώω,  
 perforo. Dicitur etiam δια-  
 τρώω. Chrysof. T. II. p. 249.  
 D. μικρῆ σιδήρω τὴν ναὺν δια-  
 τρήσαντες. Et mox, διατρή-  
 σαις. Zosim. p. 307. Tro-  
 pice habet Chrysof. T. I.  
 p. 261. C. καὶ σκώληκος παν-  
 τὸς μονιμώτερον διατιτρώσα  
 αὐτῶν τὴν διάνοιαν.

<sup>23</sup> μάλιστα] hoc inter-  
 pres coniunxit cum εἴωθε,  
 ac si legerit μάλιστα τοῖς.



maturitatem adducimus, assiduam rei curam habentes. Duplici enim, imo triplici egemus providentia; primo, ut a nequitia liberemur; secundo, ut virtutem possideamus; ad haec vero, ut acquisitam virtutem feruamus: ubi etiam multo labore est opus. Nam malignus daemon bona operantibus nobis magis inuidet, et bene operantes inuadit. Ac sicut piratae, si quam nauim videant arena onustam, praetereunt: sin vero sarcinas preciosas et diuitias ferentem, hanc adoruntur, infra perforantes, superne oppugnantes, nullamque machinam non adhibent. Ita et diabolus illos maxime adoriri solet, qui virtutis copiam magnam collegerunt, ipsique inuidere et insidias struere. Tales ergo homines in orbe erant Iobi tempore: et aduersus illum solum sese accinxit diabolus,

A 5 machinas-

vt nunc legitur, coniungendum est cum συναγοράσι. Apte vero hic dixit, συναγαν ἀρετήν, tamquam thesauros. Nam de his modo fuerat locutus. Ita Chrysof. T. I. p. 177. A. τὰ μετὰ πολλῶν ἰσχυρῶν καὶ πόνων συναχθέντα καλά. Et T. III. pag. 512. A. ἐνθα ἂν ἴδῃ πλεον συναγόμενον τὸν κατὰ ψυχὴν. Et ibid. pag. 529. D. πολλὴν αὐτοῖς συναγαν τὴν ἐμπορίαν. Et pag. 584. A. ὁ θησαυρὸς σε, ὃν συνήγαγες, ἄστυλος.

24 τασῆτοι] Montefalconius in margine habet: Forte τοῖστοι. Igitur etiam

reddidit tales. Equidem retinuerim τασῆτοι, tot, tam multi. Mox enim opponitur μόνοσι πρὸς ἐκείνον μόνον. Mox naufragium memoratur, quod antea dixerat de piratis.

25 ἀποδύσασθαι] ἀποδύεσθαι proprie exuere se; deinde accingere se diciturque de athleticis, qui se ad pugnam parant; denique se parare ad negotium quoddam, suscipere, tractare. Xenoph. Symp. II, 18. εἰ δεῖσαι με συγγυμνασίην ζητῶν, εἰδ' ἀποδύεσθαι. Infra p. 388. B. πρὸς ἀγῶνας ἀποδύεσθαι. Mox ἐμπορία non tam est mercatura,

ἀπεθύσατο, καὶ τὰ μηχανήματα αὐτῆ πάντα  
εἰκίνησεν. ἀλλ' ὅμως ἐκ ἰσχυσε ποιῆσαι ναυάγιον,  
ἀλλὰ καὶ πλεονα τὸν φορτὸν εἰργάσατο, καὶ  
μέγιστα τὴν ἐμπορίαν. τοῖστων γὰρ ἡ ἀρετὴ βαλ-  
λομένη<sup>26</sup> δυνατωτέρα γίνεται, καὶ ἐπιβλαυσμέ-  
νη ἀσφαλεστέρα καθίσταται. ὃ δὴ καὶ ἐπὶ τῷ μα-  
καρίῳ γέγονεν ἐκεῖνος, ὃς πανταχόθεν βαλλόμε-  
νος, ἀσφαλεστέρος ἴσατο, καὶ μυρία βέλη δεχό-  
μενος, ἐκ ἐνεδίδε ἀλλ' ἐκένωσε μὲν τῷ διαβόλῳ  
τὴν βελοθήκην· αὐτὸς δὲ ἐκατέπεσεν, εἰδὲ ὑπε-  
σπελίσθη· ἀλλ' ὡσπερ ἄριστος κυβερνήτης, ἔτε  
μαινομένης τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν κυμάτων διε-  
γειρομένων κατεποντίζετο ἔτε γαλιήνης ἕσης,  
ἑαθυμότερος ἐγένετο· ἀλλ' ἐν ἑκατέρῃ τῇ τῶν  
καιρῶν διαφορᾷ, ἴσθη τὴν ἑαυτῷ τέχνην διετήρησε.  
καὶ ἔτε πλεῖτος αὐτὸν ἐφύσησεν ἔτε πενία<sup>27</sup> ἔτα-  
πένωσεν ἔτε τοίνυν κατὰ<sup>28</sup> βῆν τῶν πραγμάτων  
φερομένων, ὑπτίος ἦν, καὶ<sup>29</sup> ἀναπεπτακώς, ἔτε  
ὅλης σχεδὸν τῆς οἰκίας ἀνατραπέσις, καὶ πανω-  
λεθρίας γενεμένης, διαταράχθη, καὶ τὴν ἀν-  
δρείαν<sup>30</sup> ἠλεγξε τὴν ἑαυτῷ. ἀκκέτωσαν πλέσιαι,  
ἀκκέτωσαν

Similitudo  
de guber-  
natore na-  
vis.

314 A.  
Iobi virtus  
quanta.

mercatura, quam lucrum,  
proprie ex mercatura. Ita  
saepe Chrysof. Veluti T. II.  
p. 249. D. μάζω τῆς ζημίας  
τὴν ἐμπορίαν ἐποίησατο. Iactu-  
ra, damnum — lucrum.  
Ita ἐμπορεύσθαι, lucrum  
capere. T. X. pag. 182. E.  
192. E. Et T. III. p. 463.  
E. μάζωνα τὴν ἐμπορίαν συ-  
νήγαγον. Ibid. pag. 506. D.  
αἰρδος iungit.

26 βαλλομένη] tanquam  
βέλεσι. Mox, μυρία βέλη  
δεχόμενος. Et βελοθήκη,

pharetra. Ita Chrysof. T.  
VI. p. 582. A. ἐκένωσεν αὐ-  
τῷ τὴν φάρετραν. βελοθήκη  
est etiam T. II. p. 582. B.  
et T. III. p. 242. A. et p.  
543. C.

27 ἐταπένωσεν] Prouerb.  
10, 4. πενία ἄνδρα ταπεινῷ.

28 κατὰ βῆν] secundo  
flumine. Lucian. T. II. p.  
698. edit. Reitz. κατὰ βῆν  
προχωρῶ, vbi schoia, ἐπὶ  
τῶν εὐπλοῦντων ὁ λόγος. Et  
pag. 667. κατὰ βῆν φέρεται,  
vbi tamen notat casu ferri.  
Chrysof.

machinasque omnes contra illum mouit. Sed non potuit inferre naufragium; immo maiorem sarcinam effecit et ampliorem negotiationem. Eiusmodi enim est virtus: impugnata potentior efficitur, et insidiis impetita tutior euadit: ut et in beato illo contigit: qui, undique oppugnatus, firmior constitit, et mille telis exceptis non cessit, sed diaboli pharetram euacuauit; ipse vero non cecidit, neque supplantatus est: sed sicut optimus gubernator, nec furente mari, nec concitatis fluctibus immergebatur, neque in tranquillo tempore negligentior erat; sed in utroque temporum discrimine, parem seruabat artem: et neque diuitiae ipsum inflabant, neque paupertas eius animum deprimebat. Nec igitur, cum res illi pro voto cederent, ignauior erat; neque cum tota domus eius euersa fuit, et vniuersa in perniciem ierunt, turbatus est, nec a virtute constantiaque sua dellexit. Audiant

Chrysof. T. X. p. 404. D. *ἐξ ὀρίας φερομένων τῶν πραγμάτων, vento secundo.* Cum hoc coniungit T. III. p. 61. B. *κατὰ πρῶμναν ἰσαμὲνα τῷ πνεύματος. Πρῶμνα* est postrema pars nauis. Huic simile *κατὰ πρῶμναν τὸν ἀνεμον ἔχειν.* Zosim. p. 68. Feliciter enim nauigant, qui eo, quo conueniunt, a tergo ventum habent.  
 29 ἀναπεπτωκῶς] ἀναπίπτων proprie est recidere;

deinde est otio, quieti et ignauiae se dedere, vel etiam spem abicere. *Ἀναπίπτειν τοῖς θυγαῖς.* Polyb. T. III. p. 82. *μη ἀναπίπτειτε.* Philo pag. 487. F. De remigibus habet Xenoph. *Occ. 8, 8.* qui remo adducto se reclinant. Infra Chrysof. eodem vititur vocabulo p. 357. D. et p. 394. E. T. IV. p. 29. A. *ἀναπεπτωκῶτας* et *ἀναπίπτειν* iungit.  
 30 ἠλεγχῆ] nec fortitudinem suam prodidit. Poterat

ἀκρέτωςσαν πένητες. ἐκατέροις γὰρ τὸ δίηγημα  
 χερίσμον· μᾶλλον δὲ πᾶσιν ἀνδρώποις ἢ ἰσορία  
 λυσιτελής, καὶ τοῖς ἐν εὐημερία, καὶ τοῖς ἐν συμ-  
 φοραῖς. ἐκάτερα γὰρ τὰ ὄπλα<sup>31</sup> μεταχειρίσας ὁ  
 τῆς εὐσεβείας ἀγωνιστής, ὁ τῆς οἰκθρένης σεφανί-  
 τῆς, ἐν ἐκατέροις τὸ τρώπαιον ἔζησε, καὶ πρὸς  
 πᾶν εἶδος πολέμου τῷ δαίμονος ἐπελθόντος ἐκεί-  
 νου<sup>32</sup>, πρὸς ἅπαντα<sup>33</sup> παρετάξατο, καὶ ἐν πᾶ-  
 σιν ἀνεκρήρυττετο. καὶ καθάπερ στρατιώτης γεν-  
 ναῖος καὶ εἰδὼς νυκτομαχεῖν, τειχομαχεῖν, ναυ-  
 μαχεῖν, πεζομαχεῖν, καὶ τοξοειεῖν, καὶ<sup>34</sup> δορυ-  
 σείειν, καὶ σφενδόνας, καὶ ἀκοντίοις<sup>35</sup> καὶ παντὶ  
 τρόπῳ μάχης περιγίγασθαι τῶν ἐναντίων, καὶ  
 πανταχῶς κρατεῖν· ἔτα δὴ καὶ ὁ γενναῖος ἐκεῖνος  
 ἅπαντα πειρασμὸν μετὰ πολλῆς ἡμεγχε τῆς ἀν-  
 δρείας, τὸν ἀπὸ πενίας, τὸν ἀπὸ λιμῆ, τὸν ἀπὸ  
 νόσου, τὸν ἐξ ὀδύνης, τὸν ἀπὸ τῆς τῶν παιδῶν ἀπω-  
 λείας, τὸν ἀπὸ τῶν<sup>36</sup> φίλων, τὸν ἀπὸ τῶν  
 ἐχθρῶν, τὸν ἀπὸ τῆς γυναικὸς, τὸν ἀπὸ τῶν  
 οἰκετῶν. εὐδὲ γὰρ ἦν ἀνδρωπίνῃ συμφορᾷ, ἢ μὴ εἰς  
 τὸ

Similitudo  
 de milite  
 forti.

C.

rat etiam dicere eodem  
 sensu ἀνδρωπίνῃ, θαλίαν, ar-  
 guere se imbellem, timi-  
 dum. Maluit ergo voca-  
 bulo honestiori uti. Ita  
 T. V. p. 130. A. ἐκ ἡλεγεῖ  
 προθυμίαν.

31 ὄπλα] arma nunc ap-  
 pellat fortunam secundam  
 et aduersam, quoniam cum  
 vtraque, tanquam cum ar-  
 mis, pugnavit pro virtute  
 contra vitia. Chrysof. T.  
 II. p. 156. D. de re eadem:  
 ἐκάτερα τὰ ὄπλα μετεχειρί-

σατο καὶ ἐν ἐκατέροις ἐκράτη-  
 σε κ. τ. λ. Et ibid. C. di-  
 fert: πενία γὰρ καὶ πλῆθος  
 ὄπλα ἐστὶ πρὸς ἀρετὴν ἐκάτε-  
 ρα φέροντα.

32 ἐκείνου] Sic et p. 340.  
 D. ὁ πονηρὸς δαίμων ἐκεῖνος.

33 πρὸς ἅπαντα] neutro  
 genere, plurali numero.  
 Mox enim est ἐν πᾶσιν. In-  
 terpres videtur ad πόλεμον  
 retulisse.

34 δορυσεῖεν] hastam vi-  
 brare. Vel, quod visitatus  
 est,

diant diuites, audiant pauperes: ambobus enim haec enarratio utilis est. Imo vero omnibus haec historia utilitatem aſſert; tam iis, qui proſpere rem agunt, quam iis, qui in calamitate verſantur. Vtraque enim arma aſſumens, pietatis certator, orbis athleta coronatus, in vtroque tropaeum erexit: et in omni belli genere, daemone illo irruente, in omni certamine ſtabat, et in omnibus victor proclamabatur: ac ſicut miles generoſus, qui ſciret noctu pugnare, muros oppugnare, naualem pugnam committere, pedes concertare, arcu, lancea, funda, telis, omnique pugnae genere aduerſarios ſuperare et vbique vincere; ſic generoſus ille quamuis tentationem cum fortitudine magna tulit, a paupertate, a fame, a morbo, a dolore, a filiorum pernecie, ab amicis, ab inimicis, ab vxore, a ſeruis partam. Neque enim humana calamitas vlla eſt, quae non in corpore

eſt, binis vocabulis *δορυ σαάν*. Sic eſt infra Hom. III. p. 387. E. et T. VI. p. 128. E. *δορυ σαάν, τόξον τάνεν*. Facili negotio plura hic vocabula notare poſſunt tirones. *Μάχεσθαι* in actiuo non obtinet. Sed in compositis. *νικτομαχῶν*, noturnum proelium committere. *ταχομαχῶν*, de muro pugnare, aut muros oppugnare. *ναυμαχῶν*, nauale proelium committere. *πεζομαχῶν*, pedestre. Xenoph. pag. 429. D. iungit

*ναυμαχῶν, πεζομαχῶν* et *ταχομαχῶν*. *νικτομαχῶν* habet Zofim. p. 492. Plura horum iungit etiam Chryſoſt. T. X. p. 616. A. de Paulo loquens.

35 *ἀκοντίαις*] iaculis, telis. *ἀκόντια καὶ δοράτια* iungit etiam Herodot I, 34. De vtroque vocabulo monuit Doruillius ad Charit. pag. 33.

36 *ἀπὸ τῶν Φίλων*] qui ipſi etiam illum opprobriis petebant.

τὸ σῶμα ἐξεκένωθη<sup>37</sup> ἐκείνη. ἀλλ' ὁμως ἀπάντων  
ὑπερνήχθη τῶν δικτύων καὶ ὑψηλότερος<sup>38</sup> γέγονε  
τῶν τῆ διαβολῆ καλαίμων. καὶ τὸ δὴ θαυμαστότε-  
ρον, ὅτι καὶ πάντα<sup>39</sup> αὐτῶ ἐπέει, καὶ πάντα  
μεθ' ὑπερβολῆς, καὶ πάντα ὑφ' ἐν.

## Κ Ε Φ. Β.

Μὴ γὰρ δὴ τῆτο μόνον ἴδης, ὅτι τοσαῦτα ἔπαθεν,  
ἀλλὰ πρὸς τες, ὅτι ἐδὲ κατὰ μικρὸν, ἐδὲ ἐκ δια-  
σημάτων, ἀλλ' ὑφ' ἐν καὶ ὁμῆ. Ἐ μικρὰ δὲ αὐτῆ  
περασιμῶν προσθήκη τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ἀπάν-  
των ἀνθρώπων, πρῶτον μὲν ἐδοῖς ἀν εὐρεθεῖν  
πάντα ὑπομένεισ ὁμῆ, ἀλλ' εἰ καὶ πενίαι παλαίει,  
D. ὁμως ὑγείας ἀπολαύει· εἰ δὲ καὶ πενίαι καὶ νό-  
σω<sup>40</sup> περιεπάρη, ἀλλὰ γυναῖκος πολλαίσισ ἀπέ-  
λαυε

37 ἐκείνη] cum calami-  
tates istae, quas modo me-  
moravit, non minus ani-  
mum Iobi, quam corpus  
afflixerint, dubitari potest  
de hoc loco. Accipio er-  
go σῶμα, pro homine. Ita  
non multum differunt su-  
periora pag. 340. E. πρὸς  
ἐκείνον μόνον ἀπεδύσατο. No-  
ta sunt σώματα αἰχμαλώτα,  
mancia, οἰκετικά, ferui,  
ἐλεύθερα, liberi. De mi-  
litibus habet Demosth. T.  
II. pag. 231. edit. Reisk.  
ἄτε χρημασίον, ἄτε σώμασι  
— συνελάμβανον ὑμῖν. Sed  
ita loco ἐκείνη, corrigen-  
dum ἐκείνο. Mox est: τῶν  
μὲν γὰρ ἄλλων ἀπάντων ἀν-

θρώπων. Sed locus profusus  
similis de Iobo legitur T.  
II. p. 273. E. ἂ γὰρ ἐν πά-  
ση τῇ οἰκίμῃ διέσπαρται  
πάθη, ταῦτα ὁμῆ συνελθόν-  
τα εἰς ἐν σώμα κατέσκηψε τὸ  
ἐκείνη. De eodem T. III.  
p. 543. D. ταῦτα ἀπαντα εἰς  
ἐν ἐξεκένωθη σῶμα, καὶ μῖαι  
κατεσκεύασθη ψυχῆς. Nam  
κατεσκεύασθη illo in loco  
minus probō.

38 ὑψηλότερος — καλά-  
μων] Eadem loquendi for-  
ma inferius est pag. 358. D.  
κάλαιμοι sunt arundines au-  
cupum, quibus aues ca-  
piunt; cum aue ergo com-  
parat, quae alto volatu  
(ὑψιπέτης) superat insidias.

Apud

corpus eius inflicta fuerit. Attamen retibus omnibus et diaboli illiciis superior fuit. Quodque mirabilius est, omnia in illum irruebant, omnia cum exsuperantia, omnia vno tempore.

## C A P. II.

Ne hoc solum consideres, quod tanta passus sit; sed adde, non paullatim, neque dato temporis, respirandi causa, spatio; sed omnia simul et vno tempore: non modicum autem illud est tentationum additamentum. In reliquis enim hominibus nemo inueniatur, qui omnia simul patiatur; sed si cum paupertate concertet, bona tamen valetudine fruitur; si paupertate simul et morbo

Apud Martialem lib. 14. v. 217. 218. fallitur ales, Callida dum tacita crescit arundo manu. Gregor. Nazianz. p. 269. edit. Basil. *ἰξεντής καλάμῃς οἰκοδομῆ.* Recte ergo dixit ὑψηλός. Locus similis de Iobo est apud Chrysof. T. I. p. 234. A. πάντων ὑπέρεχθεῖς τῶν τῆ διαβόλου δικτύων καὶ πρῶτος κ. τ. λ. et T. II. p. 155. C. ἰξεντής ἐστὶν ὁ διάβολος· γενεὴ τοίνυν τῶν θανάτων καλάμῃς ὑψηλότερος. Et T. X. pag. 347. A. τὸν ὑψηλότερον τῶν καλάμῃς αὐτῆς (τῆς πόρνης) πετόμενον. Dicitur vero etiam de arundinibus piscatorum. Ita T. III. p.

101. A. T. V. pag. 279. B. *ὑπὲρ τῆς καλάμῃς τῶν ἐπιβλεπόντων πετόμενοι.*

39 πάντα] τὰ κακὰ, τὰ θανά. Vt autem mox est ὑφ' ἐν et ὑφ' ἐν καὶ ὁμοῦ, ita Chrysof. T. I. p. 480. D. habet, ἀθρόως καὶ ὑφ' ἐν.

